Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



habitura · quod ꝺem quale ſit · etiam m
beſtiſ quibuſdam animaduerti poteſt
que ex ſe natoſ ita amant ad quoꝺda;
tempuſ · et ab eiſ ita amantur · ut fac
le earum ſenſuſ appareat · quod m ho
mine multo eſt euidentiuſ primum
ex ea caritate · que inter natoſ eſt & pa
renteſ · que dirimi niſi deteſtabili ſce
lere non poteſt · Deinde tum ſimiliſ
ſenſuſ extitent amoriſ · ſi aliquem
nacti ſumuſ · cuiuſ cum moribuſ et
natura congruamuſ · quod m eo ho
mine quaſi lumen aliquod probita
tiſ & uirtutiſ proſpicere uideamur
Nichil enim eſt uirtute amabiliuſ ni
chilq; magiſ alliciat ad diligendum
Quippe cum propter uirtutem et pro
bitatem · etiam eoſ quoſ nunq̃ uidi
muſ quodamodo diligamuſ · Quiſ eſt
enim q̃ C · Fabritij · M · Curij · non cum
caritate aliqua & benuolentia memo
riam uſurpet · quoſ nunq̃ uiderit ?